



Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis
Disciplinis & religione Christiana**

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

383. Ut Episcopus Clericos alterius parroechiæ nullatenus ordinet.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

in locis cum fletu deplorasse, in nullo autem
loco, quia à seculo recefferant, exultasse. Nam
& Jacob Patriarcham flevit *Ægyptus tota* ^{Genes. 50.}
diebus septuaginta. Et Joseph & fratres ejus,
cum patrem deferrent in terram Chanaan ad
sepeliendum, celebrantes exequias, ad aream
^{* Atahe, quæ sita est trans Jordanem, plan-}
^{* Atad}
ētu magno atque vehementi impleverunt sep-
tem dies. Tantus autem fuit planetus ut locus
inde nomen acceperit. Et de beato Stephano
legimus quod sepelierunt eum sive curaverunt
viri timorati, & fecerunt planetum magnum ^{A&S.}
super eum. Et ideo talis inepta lātitia & pesti-
fera cantica ex auctoritate Dei penitus inter-
dicenda sunt. Si quis autem cantare desiderat,
Kyrie eleison cantet. Sin aliter, omnino ta-
ceat. Si autem tacere non vult, statim ab om-
nibus banniatur, vel adjuretur ut non habeat
ibi licentiam amplius consistere, sed recedat,
& ad propriam eat mansionem. In crastinum
autem taliter coērceatur ut ceteri timeant.

Ut Episcopus Clericos alterius parrœchiæ
nullatenus ordinet. *Ex Concilio*
Antiocheno.

CCCLXXXIII. Episcopus non con-
stituat Presbyteros aut Diaconos alteri subje-
ctos Episcopo, nisi fortè cum consilio & vo-
luntate regionis Episcopi. Si quis autem tale
aliquid agere tentaverit, irrita sit ejus ordina-
tio, & ipse coērceatur à synodo.

Concil. An-
tioch. c. 22.
Burchard. lib.
I. c. 107.

§ + §